modum quod si prius Nobilem Albertum Zdrodowski maritum quam
suprascriptam Nobilem Catherinam Brzeznicka Consortem Deo volente
de hac luce decedere contigerit extunc praefata Consors bona
omnia mobilia et immobilia morte mariti sui derelicta sum-
masq quasvis pecuniarias ubivis existentes tenebit habebit possi-
debit illisq ad extrema vitae suae tempora utifruetur post mor-
tem vero et decessum eius bona omnia in successores mariti sui
devolvi debent et devolventur simili etiam modo si et in quan-
tum prius Nobilem Catherinam Brzeznicka quam superius enu-
ratum Nobilem Albertum Zdrodowski maritum mori contigerit
extunc praefatus maritus bona omnia mobilia et immobilia
morte consortis suae derelicta summasq quasvis pecuniarias
tenebit habebit et possidebit illisq ad ultimam vitam suam uti-
fruetur post mortem vero suam bona eadem omnia in succes-
sores praefatae consortis suae devolventur.

Brzeznicka abrenunciat

Coram officio et actis praesentibus castrensibus Capitaneal. Braunsen. ipsa comparens
Nobilis Catherina Brzeznicka filia Nobilis Nicolai Brzeznicki
Consors vero Nobilis Alberti Zdrodowski cum eiusdem mariti sui per-
sonali assistentia et consensu praesentaneo sana mente et corpore
existens palam recognovit quia sibi Nobilis Nicolaus Brzeznicki
parens suus charissimus pro omni et integra dote tam in pa-
ratis pecuniis quam parapharnalibus ac omni expeditione debi-
ta in bonis Brzeznica consistentibus paternis et maternis ex in-
tegro satisfecit ideo respectu facta sufficienti satisfactione eun-
dem parentem suum et eius filios quietat et liberos facit bonisq
omnibus paternis et maternis abrenunciat perpetuo.

Wielczina Samsunowna Reformatio

Coram officio et actis praesentibus castrensibus Capitaneal. Braunsen. ipse comparens
Nobilis Albertus olim Alberti Pieczka de Pieczki Grzeski sanus men-
te et corpore existens palam recognovit quia Nobili Dorotheae filiae
olim Nobilis Joannis Samson Consorti suae legitimae ratione veri dotis post eam
accepti et in bona sua importati immediatate omnium et singulorum bo-
norum suorum mobilium et immobilium in bonis Pieczki et alibi ubivis consistentium
paternorum maternorum obligatorum quaesitorum nunc habitorum et in posterum habendorum
summam veri dotalitii sexaginta florenorum polonicalium et aliam summam
ad dotalitium viginti florenorum polonicalium in se recipit reformat et assecurat
summae florenorum dotalitii et reformationis hoc in Regno usitatorum solita